

苦難週星期一

紫色

彌撒：耶穌的受難與祂的復活，原是同一系統的奧蹟。我們在今天的福音中、聽基督預告在祂復活以後，祂將脫離此世，為從天遣發聖神來世。在聖體聖事內所紀念着的這個奧蹟，為一般的（懺悔者與將領洗者）義人及惡人、是寬宥與神生汲不盡的源泉。全體的基督民眾、為獲得這個寬宥，應與基督結合之下、備有克苦的工作而獻於天主。同時、他們以與現今王於天堂榮光中的基督結合着，獲享祂所許的聖神（福音），為教導他們真的基督化生活。

詠 55 : 2 – 3

Miserere mihi, Dómine, quóniam conculcávit me homo: tota die bellans tribulávit me. Conculcavérunt me inimíci mei tota die: quóniam multi bellántes advérsus me.

Sanctífica, quæsumus, Dómine, nostra ieiúnia: et cunctárum nobis indulgéntiam propítius largíre culpárum. Per Dóminum nostrum.

納 3 : 1 – 10

In diébus illis: Factum est verbum Dómini ad Ionam Prophétam secúndo, dicens: Surge, et vade in Níniven civitátem magnam: et prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et surréxit Ionas, et ábiit in Níniven iuxta verbum Dómini. Et Nínive erat civitas magna itinere trium diérum. Et cœpit Ionas introíre in civitátem itinere diéi uníus: et clamávit et dixit: Adhuc quadragínta dies, et Nínive subvertétur. Et credidérunt viri Ninivítæ in Deum: et prædicavérunt

進臺詠

上主啊！求祢憐憫我，因為人踐踏我，終日攻擊欺壓我。仇敵們終日想將口吞我，許多居高位的人攻擊我。——上主啊！求祢憐憫我……。

集禱經

主，求祢聖我們的齋戒，並寬容大量地憐赦我們的一切罪過。因我們主……。

書信

那時、上主的話再次傳給約納說：「你起身往尼尼微大城去，向他們宣告我曉諭你的事。」約納便依從上主的話，起身去了尼尼微。尼尼微在天主前是一座大城，需要三天的行程。約納開始進城，行了一天的路程，宣佈說：「還有四十天，尼尼微就要毀滅了。」尼尼微人便信仰了天主，立即宣佈禁食，從大到小，都身披苦衣。當這消息傳到尼尼微王那裡，他便起來，離開自己的寶

ieiúnium, et vestíti sunt saccis a maiore usque ad minórem. Et pervénit verbum ad regem Nínive: et surréxit de sólio suo, et abiécit vestiméntum suum a se, et indútus est sacco, et sedit in cínere. Et clamávit et dixit in Nínive ex ore regis et princípum eius, dicens: Hómines et iuménta et boves et pécora non gustent quidquam: nec pascántur, et aquam non bibant. Et operiántur saccis hómines et iuménta, et clament ad Dóminum in fortitúdine, et convertátur vir a via sua mala, et ab iniquitáte, quæ est in mánibus eórum. Quis scit, si convertátur et ignóscat Deus: et revertátur a furóre iræ suæ, et non períbimus? Et vidit Deus ópera eórum, quia convérsi sunt de via sua mala: et misértus est pópulo suo Dóminus, Deus noster.

詠 53 : 4 , 3

Deus, exáudi oratiónem meam: áuribus pércipe verba oris mei. Deus, in nómine tuo salvum me fac, et in virtúte tua libera me.

詠 102 : 10 ; 78 : 8 – 9

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur*). Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

座，脫去長服，披上苦衣，坐在灰土中；然後命人以君王的諭令和其大臣的名義，在尼尼微宣佈說：「人、牲畜、牛羊，都不可吃什麼；不可牧放，也不可喝水。人和牲畜，都應身披苦衣，人要懇切呼求天主，更要轉離自己的邪路，放棄手中的暴行。誰知道天主也許會轉意憐憫，收回自己的烈怒，使我們不致滅亡。」天主看到他們所行的事，看到他們離開了自己的邪路，遂憐憫他們，不將已宣佈的災禍，降在他們身上。

臺階詠

天主，求祢俯聽我的祈求，側耳傾聽我的投訴。天主，求祢因祢的名賜我救援，求祢並以祢的權能為我伸冤。

連唱詠

主啊！求祢不要按我們所犯的罪惡，對待我們；求祢不要按我們的過犯、報應我們。主啊！求祢不要追念我們已往的過犯，而懲罰我們；願祢的慈悲、速來救濟我們，因為我們太荏弱了。（*此處跪下*）天主啊！我們的救援啊！因祢聖名的榮耀、救助我們。因祢的聖名、解救我們，饒恕我們的罪惡。

若 7 : 32 – 39

In illo tempore: Misérunt principes et pharisæi ministros, ut apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: et vado ad eum, qui me misit. Quæréti me, et non inveniétis: et ubi ego sum, vos non potéstis veníre. Dixérunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inveniémus eum? numquid in dispersiónem géntium iturus est, et docturus gentes? Quis est hic sermo, quem dixit: Quæréti me, et non inveniétis: et ubi sum ego, vos non potéstis veníre? In novíssimo autem die magno festivitátis stabat Iesus, et clamábat, dicens: Si quis sitit, véniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptúra, flúmina de ventre eius fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spíritu, quem acceptúri erant credéntes in eum.

詠 6 : 5

Dómine, convertere, et éripe ánimam meam: salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Concéde nobis, Dómine, Deus noster: ut hæc hóstia salutáris et nostrórum fiat purgátio delictórum, et tuæ propitiátio maiestátis. Per Dóminum nostrum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater

福音

那時候、司祭長和法利塞人便派遣差役去捉拿祂。於是耶穌說：「我和你們同在的時候不多了，我要回到派遣我來的那裡去。你們要找我，卻找不著；而我所在的地方，你們也不能去。」猶太人便彼此說：「這人要往那裡去，我們找不著祂呢？難道祂要往散居在希臘民中的猶太人那裡去，教訓希臘人麼？祂所說：『你們要找我，卻找不著；我所在的地方，你們也不能去』的這話，是什麼意思？」在慶節末日最隆重的那一天，耶穌站著大聲喊說：「誰若渴，到我這裡來喝罷！凡信從我的，就如經上說：『從他的心中要流出活水的江河。』」祂說這話，是指那信仰祂的人將要領受的聖神；聖神還沒有賜下，因為耶穌還沒有受到光榮。

奉獻詠

上主，請祢回來援助我，因了祢的慈愛解救我。

密禱徑

主、我們的天主，求祢開恩：使這救贖之際、清除我們的罪惡，並給我們求得祢尊威的寵惠。因我們主……。

十字架頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝你，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也

omnípotens, ætérne Deus: Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas, deprecámur, súplici confessiône dicéntes:

詠 23 : 10

Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Sacraménti tui, quæsumus, Dómine, participatio salutáris, et purificatióne nobis tríbuat, et medélam. Per Dóminum nostrum.

Da, quæsumus, Dómine, pópulo tuo salutem mentis et córporis: ut, bonis opéribus inhæréndo, tua semper mereátur protectiône deféndi. Per Dóminum nostrum.

屬我們的得救。祢藉著我們主基督，將人類的獲救建成於十字架的聖木上：死亡既由木而發生，生命也須由木而恢復，為使憑那菓木而獲勝的（魔鬼），也由此聖木而慘敗。藉著祂（基督），對於祢的尊威、諸天使予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

誰是這位光榮的君主？其實這位光榮的君主，就是萬軍之軍的上主。

領後經

主，祈我們所參享祢救贖性的聖事，淨化我們，並療愈我們。因我們主……。

為教民誦

主，求祢恩賜祢的子民神形健康，為能以致力行善、常堪慇祢的庇護。因我們主……。